

Hispalen Decimarum.

Reu. Parci. In hoc articulo, an Collegia Societatis sint Mendicantia, videntur mihi distinguenda duo tempora, nam est ante bullam Pij V, de qua infra, alterum post dictam bullam.

Antedictam bullam erat quæstio, anceps intet Doctores, ex eo quod Collegia habent redditus annuos in eorum fundatione, quod videtur repugnare mendicantiam ex iuribus exaduerso allegatis, receptior tamen fuit opinio *modica*, Collegia suisse Mendicantia, eo quia licet habeant bona, reuera tamen non habent dominium vigore Constitutionum Societatis, ita concludit *Mandos*, in tractat. de privilegiis ad infra, glori. 11. numero 26. Emanuel Rodriguez, tom. primo, quæstion. regularium, quæst. secunda, artic. 9. quod latius probat Suarez, de Religione, tom. 4. tib. 4. cap. 7. sub num. 15. ubi dicit, quod ad effectum mendicantis sufficit promptitudo ad mendicandum, si necessitas id exigat, prout tali causa tenetur Collegia vigore Constitutionum Societatis. par. 4. cap. 2. quod etiam idem Suarez comprebbat alia ratione dicto lib. 4. cap. 11. nempe, quia cum Collegia sint membra Societatis, ut firmat Gabrel. communiter receptus, cons. 28. lib. primo per totum, & idem Suarez probat pluribus in locis etiam exaduerso allegatis, hoc sufficit, ut dicantur Mendicantia vigore Constitutionum eiusdem Religionis, ex quo membra Societatis, quæ verè mendicans est, ut etiam pars aduersa fateatur, non debent diuerso iure censi & quod pars sit eiusdem naturæ, & qualitatis cuius est totum ex pluribus iuribus firmat Gregor. decis. 135. num. 21. & in puncto ex alijs iuribus, & rationibus idem Gabr. dicto cons. 28. numer. 6. & 9. lib. 1. ubi etiam astruit, quod mendicari, quæ habet aliquam latitudinem non omnino repugnat aliquid habere, præsertim dum id habet, prout in cau. nostro, non primo, & principaliter a se sed dependenter ab alio, cum omnimoda illorum bonorum gubernatio, & super intendentia, tam ex Constitutionibus Religionis, quam ex Bulis Pontificiis sit penes Societatem, vel eius Generalem Præpositum. Suarez, dicto cap. 11. sub num. 7.

Quod meo iudicio satis etiam patet, cum mendicitas nihil aliud in effectu esse videatur, quam arctissima paupertas, ut notant Doctores, in cap. unico. S. confirmatas de Religiosis: domibus in 6. & tamen non tollitur arctissima, siue altissima paupertas. Si quis habet

A ali-

aliquid in communia ad meram vicius necessitatem, ut ex Constitutionibus Apostolorum, dicitur *Santus Antoninus* tis. 12. de errore Fratricellorum circa patrimonium Christi, & Apostolorum. cap. 4. §. 3. vers. habere aliquid in communia non derogat altissima pauperi, & §. 13. art. 6. ubi redditus rationem, quia sine pertinentibus ad necessitatem corporalem nulla perfectio spiritualis consistere potest, vt proinde paria esse videantur, quod pauper ostiatus vita postuleret alimenta, & quod alius praeueniendo pauperem deserat illi alimenta, vnde *Bartoli* libro 1. primi, §. primo ff. de collegis illis civis, quod sicut pauperibus militibus conceditur sagere Collegium casta producendi eis, vnde debent vivere, ita alii debent Collegio prouidere de vicende abstrahant ab eorum instituto, cum Collegium sit ad instar corporis, quod nascitur cum dentibus, & statim querit etiam sunt verba eiusdem. *Bartoli* conf. 58. circa medium libro.

Et quod reuera Collegia non habeant dominium bonorum, cum quibus suu fundata, immo, nec illorum liberam administrationem, patet, cum vigore Constitutionis Societatis nullos possunt inire compraus super bonis Collegialibus, & sunt incapaci hereditatum, cum obligatione ad opera spiritualia, ut aduecit idem. *Silvaz* dictarup. 11. num. 7. in fine, & num. 9. & 10. ubi & si adduxerit exemplum exadverso ponderatum, quod sub eura Societatis professi existunt Collegia tanquam pupillus sub tutori, hoc tamen exemplum non debet sumi ad effectum docendi, quod librum dominium eorum bonorum sit poenes Collegia, quia sibi met repugnaret, dum ibi, & alibi docuit contrarium, sed ad effectum probandi, quod Collegia carent omnimoda administratione bonorum, super quo articulo sufficit exemplum adaptari, licet non adaptetur in reliquis. *Surd.* conf. 308. num. 10. *Gratian*, disceptat. *Torense* cap. 363. num. 74. & cap. 740. num. 19. *Addit.* ad par. quintam Rer. recent. decisi. 428. num. 46.

Ex quibus, & alijs rationibus ponderatis à *Mandosio*, & *Rodriquez* locis supra allegatis, non videtur posse negari, quin hæc opinio eset verior, & receptior etiam ante Bullam Pij V. cum etiam dicta Collegia sint mendicante coacta, vbi necessitas id exigat, iuxta supra deducta.

Nihilominus si capiamus aliud tempus, nempe post Bullam Pij V. emanatam de anno 1572. res videtur carere omni proflus difficultate, cum dictus Pontifex Sanctæ memorie ne dum declarauerit motu proprio, Praepositum, ac singulas personas Societatis huiusmodi

modi vere, & non sicut Mendicantia tunc, effo, se tota, sed etiam
in Dominibus, & Collegiis ad mancipatum expellerit.

Ex quibus verbis dicta Bulla cum clavis non videtur amplius in dubium posse renocari, quoniam dicta Collegia sunt vere mendicantia,
vt distincti verbis dicitur. *super de categ. lib. 6. cap. 7. nn. 117.*

in facie vero, quare iam non videatur posse id in dubium renocari. &c.

Neque dicatur dictum Pontificis non sufficientem Bullam ad effectum
declarandi dumtaxat Societatem ipsam esse vere mendicantem,
non collante quod habeat Collegia secum adiuncta cum redditibus
annuis, quia si eius verba hinc perpendantur, satius clare patet sub
eadem oratione comprehendere Societatem, illiusque domus, &
Collegia, unde intra regula. *i. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pu-*
pulari, quod eadem determinatio plura respiciens determinabilia
aquauior determinat, praeferit dum regitur ab eodem verbo, &
epulpa, &c. Rota in recentior. decif. 402. sub num. 8. pars. 3. &
decif. 208. sub num. 3. pars. 4.

Quod si dicitur Pontifex non declarasset Collegia praedita esse vere
Mendicantia, cum omnes sicut Doctores admittant illa esse mem-
bra Societatis *saltem heterogenea*, formantia unum corpus ad in-
star organici, utique non substatisset ambiguitatem, siue difficultatem,
qui se dabat aniam dubitandi, an vere Societas esset Men-
dicans, dum aliqua eius membra non essent talia, cum semper pos-
se dubitari, quod corpus ipsum aliquo modo participaret natu-
rato membrorum, ex adductis per *Bernard. in loco a toto ad par-*
tem sub num. 9. vbi plura assert exempla, & non est dicendum,
quod Papa in rollenda dicta ambiguitate fuerit deceptus in iure.
capitulo primo de Constitution. in 6. Conzal. super regula octava de
mensis. & alternatiis. 8. quarti prouinal. numero 85. Rota in re-
centior. decision. 325. numero 16. pars. 5. Caualec. decif. 612. num. 52.

Vnde non obstante exempla ex aduerto adducta de patronatu, & le-
gitimatione, in quibus per clausulam vere, & non ficte non pro-
batur patronatu, ex veradictione, & legitimitas ex vero matri-
monio, quia hoc ibi procedit, quia Papa non potest facere
quod aliquid sit vere tale, si est per solam fictionem, at in casu
nostrorum, quo dicitur vera mendicitas, cum habeat in se latitudi-
nem in genere paupertatis, vt dixi, & talis declaratio sit de iure
merit pollio, non potest circa dictam declarationem dubitari de
Pape potestate. *Gemin. conf. 8. num. 6. & 7. Abbas. conf. 84. num. 3.*
& seqq. lib. 11. Litter. de no beneficiar. lib. 2. questi. 52. num. 23. Rota
in recentior. decif. 36. num. 62. & seqq. pars. 5. Dominus Gratiosus:

*P. Bertr. pp. 55. fons alius. de clavis cap. 8. sub num. 33. vbi etiam se-
spondet ad obiectum legitimatis filiorum, nempe quod sunt ve-
re legitimi prout ex tunc dum Papa dispensat in radice matrimonii.*

Præterea cum Collegia non significant nudam parietis construcio-
nem, sed representent uniuersum plurium personarum ad unum si-
gnem in uno loco habitantium, iuxta notata in l. 4. C. de Collegijs
illiciis. glossa L. sicut. §. in decorisibus. ff. quod cuiusque uniuersi-
tatis. Barrius in cap. dilecta num. 16. de excessibus Prelatorum, &
dictus Pontifex Pius V. declarauerit in dicta sua Bulla Scholares
Societatis habitantes in dictis Collegijs esse verè mendicantes, ut
aduenerit. Sacerdos dicto tom. 4. de Religione. cap. 4. de ratis simpliciis.
sub num. 11. versic. Pius V. anteā declarauerat, merito ex isto etiam
capite non videatur posse negari, quin Collegia sint verè mendican-
tia; proue considerat Nigrinus in explicatione tituli partis tertiae So-
cietatis Iesu. sub num. 7. vbi etiam subdit hanc declarationem à Pio V.
factam circa dictam Mendicitatem Societatis commemorari, &
laudari à Gregorio XIII. in altera eius bulla emanatam de anno
1584, unde eo fortius virget. Socia. senior. consig. 66. sub numer. 30.
et seq. & sic hinc concessus lib. 2.

Quo in modis supposito quod Collegia sint membra Societatis, eo ipso
quod admittuntur Societatem esse verè mendicantem, videatur id
quoque admitti in Collegijs, sicuti ex quo Capitulum facit unum
corpus cum Episcopo per hanc verba, solus Episcopus faciat, non
excluditur Capitulum. Bellamer decis. 69. numer. 2. Letter. de re
Beneficiariorum. lib. 2. quest. 27. num. 14. refere, also, & decisiones Ro-
tates.

Addo etiam exabundanti, quod Collegijs sufficeret sola communia-
cione priuilegiorum Mendicantium, quia cum in dicta Bulla Pij V.
dicatur Collegia debere gaudere omnibus priuilegijs competenti-
bus cuiuscumque Ordini Mendicantium cum verbis amplissimis, &
& effrenatis, non applicantur huic casui decisiones ex aduerto al-
legate in Valentina decimalium etiam Lancelotto penes Marches-
por. 1. fol. 630. cum alijs concordantibus, firmantes non suffraga-
ri communicacionem priuilegiorum Religionum Mendicantium,
ad effectum decimas non soluendi, cum tali casu requiratur priuile-
gium specificum cum derogatione cap. major. de decimalis, quan-
doquidem dicti decisiones loquuntur vbi communicatio priuile-
giorum est perpenda ab alia Religione, & sic a corpore totaliter di-
uersio, non autem quando id petit membrum ab eodem suo capite,

versu carmine nostro ad concordiam. Sicut late, quia cum sit vero mendicans, sufficit quod Collegia mantentur hoc privilegium ab ipso.
vnde cessat quod Papa diffidit concessisse exemptionem à decimis,
ex regula ipsa firmata: cum membra sequantur naturam capitis, & corporis, & prout deoia debent diuersiore censer, ex
supra allegatis, & in illis patetis terminis exemptionis à decimis
arguitur, & tenebit in puncto Mandatorum tractare de priuilegiis ad instar.

Nec tali esse fuit necessaria derogatio cap. super de decimis, cum quia
illud est restrictum ad hqba donata, vel empta; & sic non comprehendat bona data pro fundatione Collegiorum propter rationis dis-
paritatem: iuxta notitiae in cap. fundacione. II. queſt. 1. & cap. se-
cundum. 23. queſt. 8. Baldus in l. omnes. num. 12. C. de Sacro ſancto
Ecclesiſ. Turcicenſis in dicto cap. tributum. II. queſt. prima & in
ſumma de ecclaf. lib. I. cap. 98. in reſponsione ad ſeruum argumentum.
Niger in repetitione extrauagant. vñica. num. 242. de vita, & benefi-
ciorum. Rota in recentior decis. 339. num. 40. par. 6. & decis. 159. nn. 1.

par. 7.

Tum etiam, quia in dictis litteris Pij V. derogatur dispositioni Conciliij generalis Bonifacij VIII de duebus dieris, & alijs quibuscumq. constitutionibus Apostolicis, quo caſu centur etiam derogatum cuicunque dispositioni Conciliari. Mareſ. variarum resolut. lib. 2. cap. 38. num. 41. Gratian. cap. 940. num. 15. & 16. Gonçal. ad regul. 8. gloss. 6. num. 120. Garcias de beneficys. par. 5. cap. 8. num. 87. Rot. in recentior. decis. 179. num. 6. & decis. 687. num. 24. parte secunda, Caualer. decis. 603. num. 3. Addent. ad ſuratt. decis. 463. num. 5. Barboſa ad Concil. Tridentinum ſej. 25. de reformat. cap. 21. num-
ero primo.

Rursus dum ista Collegia Societatis allegant pro fe consuetudinem in memorabilem non foluendi decimas cententur etiam allegare priuilegium cum expressa derogatione dicti cap. super, cum immemorabilis contineat quodcumque priuilegium Apostolicum alleganti magis profundum, cap. super quibusdam. §. præterea. ubi, gloss. in verbo, non extat. de verborum signif. Felic. in cap. causam. nn. 2. & seq. de praſcription. Dec. conf. 586. num. 2. Gabriel. de praſcription. conclus. 1. num. 1. & 44. Rota diuers. decis. 254. in fine par. 3. & decis. 642. num. 4. par. 4. & in recent. decis. 614. num. 1. par. 2. & deo. 154. nn. 4. & seq. par. 5. Lotter. de re benef. lib. I. queſt. 24. nn. 223. & seq. ponderando etiam quod dum Societas habet communicatam con-
ſuetudinem aliorum Mendicantium non foluendi decimas non in etat necessaria
sec

de regerio et supercum versemus in lege non scripta qualis est
dicta confutatio fixa notata a DD. in Rubricis de confutacione.
Quod enim magis videtur dicendum, cum de tempore, quo Pius V concessit dictam communicationem, cum dictis verbis amplissimis, vi-
gerent etiam amplissima privilegia. Pauli Tertij & Iulii Tertij exi-
mentia Societatem à quibusvis decimis, quæ etiam ampliavit Grego-
rii XIII. expresse derogando dicto cap. nuper. Unde pater verisimil-
item mentem dicit Pontificis Pii V. Iulie parificandi Societatem
etiam in hoc prius giro Medicorum iumentillas decimas solvendi da-
bonis, quæ proprijs manib[us], & per proprios colonos excolunt,
cum hoc non esset quid aquum, sed solitum inter mendicantes vi-
goie immemorabilis articulata, & sic non versamur in re, que non
sit solita concedi v. fine magna difficultate, quæ est ratio, in qua
duademque decisiones in contrarium allegata, sed intrat ratio, si id
de quo magis, ergo, & id de quo minus, & multo magis. C. de san-
cto Ioseph accl. & sic ex quoconque capite non videtur deficere me-
dicas articulata in h[ab]it Collegejs.

Quare &c.

Franciscus Ferretus Aduoc.

R. P. D.

GORRADO

Hilbert Decker
1977

S. A. O.

John Galt's Society
1977

CORTEZ

John Galt's Society
1977

R. P. D.

CORRADO.

Hispaleñ Decima-
rum.

P R O

Ven Collegijs Socie-
tatis IESV.

CONTRA

Capitula.

4

Iuris
D. Ferretti.

R O M AE,
Ex Typographia Reu. Cam.
Apostolice. 1646.

Superiorum permisſa.